celuz credidit opus esse dīni declaramendum. **Q**uādo enim dixit. et facta sūt. nihil interest. quod prius exp̄mas. cui simul vtrūque fit factum. ne h[oc] salte prerogativa celi dīme videat ad iudicata substātie. ut p[ro]mogeite creature p[re]uilegio potior estief. Itaq[ue] illos suis relinqui? contētiōib[us] q[uod] mutuis disputatōib[us] se refellūt. nob[is] autem satis est ad salutē. non disputatōnū contouerſia sed p[re]ceptoꝝ veritas. nec argumētatiōis astucia. sed fides mētis. ut si uiam creatori potius q[uod] creatuē qui est b[ea]nūdāis in secula.

De terra.

Bonus artifex prius fundamentū ponit. postea fundamēto posito edifica tōis mēbra distinguit. adiūgit et ornamentū. Posito igit[ur] fundamēto terreni confirmata celi substātie. duo enim ista sūt velut cardines rerum. **S**texuit Terra autem erat inūfibilis et incōposita. Quid ē erat. nisi ne forte in infinitū. et sine principio extēdāt opinionē suam et dicat. ecce materia. et p[ro]len sicut p[ro]bi dicunt eiā scđm scripturā dīnam non habuit inīciū. **V**enū hoc dicētibus rūdebis quod scriptū est. **E**rat autem chain op[er]arius terre. **E**t de eo quod iubal dīns est h[oc] scriptuā. **H**ic erat pater qui demonstrauit psalterium et citharam. **E**t homo erat in austriachi regione. cui nomen erat Job. **D**efiniant ergo de verbo

questionē mouere. cum p̄sertim p̄misit moyses. q̄ deus fecit terrā.
Erat ergo ex quo facta est nam si
sine principio eam dicūt esse. iā nō
solum deum. sed etiam ylen sine
principio dicentes. definiunt vbi
nam erat. **D**i in loco. ergo etiam
locus sine principio astruit in quo
erat materia rex. que principio n̄
habebat. Qd si absurdū videtur
de loco credere. videte ne forte.
latilem terrā debeamus estimare.
que non h̄ns fundamentū alaz re
migij sūspēdebat. Vnde ergo ei
alas sumemus. nisi forte huc de
ruemus prophetā sermonis inter
ptationē. A penīs terre pdigia
audiūmus. Et illud. Vt terre na
mū penne. Hoc si sic accipiam:
i quo aere volitabat terra. Hinc
aere em̄ volare non poterat. S aer
ad hoc esse non poterat. q̄ n̄ erat
sine rex materia. elemētoꝝ facta
distinctō. cum ipa ad hoc elemēta
facta nō essent. Vbi ergo erat ma
teria ista alaz suffulta remigij?
In aere non erat. quia aer est cor
pus mundi.

Qopus aut̄ esse aerem dōct
lectio. q̄ emissa sagitta in
locū in quē iaculaſ: intēdit. In
suis aer in seipm resolutus ē. Vbi
ergo erat ylen. nisi forte dicatur.
quādā demēti intētione q̄ in dō
erat. Ergo deus id est inuisibil
nāture. atq; inuiolabil qui luē ha
bitat inaccessibile incoptibil

et purissimus spūs. locus erat' ma
terie mūdialis. et erat in deo mūdi
porcō. cum de hoc mūdo n̄ sit mens
seruulorꝝ eius. sicut h̄enius scrip
tum. de hoc mūdo non sūt. sicut et
ego non sum de mundo. Quēad
modū ergo inuisibilia. visibiliꝝ
et ei qui ordinē ac decorē donauit
omnibꝝ. incoptita copulabātur.
nisi forte q̄ dixit. terra autē erat
inuisibil. inuisibile eam per sub
stantiā credant. et non ideo quia
aquis opta. visibil corporeis ocul
is esse non poterat. quēadmodū
plerūq; in p̄fundo aquarꝝ sita. vi
sum oculorꝝ acīeq; p̄teant. Nō
em̄ deo aliqd inuisibile. sed crea
tura mundi. creaturē vtq; estima
tione c̄setur. Inuisibil etiā ter
ra q̄ nondū lux que illuminaret
mundū. nondū sol. Postea em̄m
luminaria facta sūt celi. Qz si so
lis radius plerūq; etiā aquis op
ta illuminat. et p̄fido mersa splē
dere luminis sui pdit. quis du
bitet deo ea que in p̄fundo sunt.
inuisibilia ēē non posse. nisi forte
sic accipiamus inuisibile terrā.
q̄ nondū verbo dā et p̄tectōe vi
fitabatur. que lominē non habes
bat. apter quem lominē respice
ret in terrā. Sicut scriptū ē. Dñs
respexit sup filios lominū. si est
intelligens aut req̄rens deum. Et
alibi dicit. De celo iaculatū est iu
dicū. terra tremuit et quieuit. Et
merito inuisibil. quia incopta

107

que figuram & spēm cōgruentem
adhuc non acceperat. a p̄prio cō-
ditore Et fortasse dicāt. Cur em̄z
deus sicut dixit & facta sunt. nō fil̄
cōinatus cōgruos rebus assurge-
tibus donavit elem̄tis. quasi nō
potuit celum insignitū stellis sibi
to vt creatū est refulgere. & florib-
us ac fructib- terra vestiri. Po-
tuit vtiqz. sed ideo p̄mo facta. po-
stea composita declarātur. ne vere
increata & sine p̄ncipio crederet
si sp̄es rerum velut ingenerata ab
im̄cio. non postea addite videret
ur. Incomposita terra legitur. &
bijsde a philosophis etermitatis
q̄bus deus p̄ilegij honoratur.
Quid diceret si ab im̄cio ei⁹ puls-
chritudo vernasset? Demersa aq̄s
describit. velut cuiðā principiorū
fuoruz addicta naufragio. & ad-
huc a nōnullis facta non credit.
Quid si decorē primogenitū ven-
dicaret? Accedit illud. q̄ imitato-
res nos sui deus eē voluit. vt pri-
mo faciamus aliqua. postea venu-
stemus. ne dum simul vtrūqz
adorimur. neutruz possimus ins-
plere. Fides autē nostra quodam
gradu crescit. Ideo p̄muz deus fe-
cit. postea venustavit. vt eundem
credamus ornasse qui fecerit. & fe-
asse qui ornauerit. ne alterū pute-
mus ornasse. alterū creauisse. sed
eundē vtrūqz esse opatum. vt pri-
mo faceret. postea cōponeret. ne al-
terū altero vesse crederet. **H**ec i-

euangelio huius rei euīdens testi-
monium. **N**am fuscitatus laza-
rum dominus iussit vt iudei remo-
uerent lapidē de sepulcro. vt mor-
tuum videntes. postea resuscitatū
crederent. Deinde vocavit lazaru⁹
& resurrexit. & ligatis manib⁹ &
pedibus exiuit foras. **N**onne pos-
terat remouere lapidem qui potes-
rat mortuū resuscitare? **E**t qui po-
tuit defuncto vitam reddere. non
potuit nexus soluere vinculoruz.
Cui vincis pedibus gressum de-
dit. huic non potuit ruptis vin-
culis incessuz reddere. **D**ed vtiqz
aduertimus. q̄ voluit primo de-
monstrare mortuum vt ocul⁹ suis
crederent. demide resuscitare. tercio
iubere. vt ipi⁹ soluerent vincula fu-
neris. vt inter ista fides infunde-
retur infidelibus. & per gradus
quosdam credulitas nasceret.
Fecit ergo primum deus celum &
terram. & ea tamen non quasi p-
petua. sed quasi corruptibil crea-
ture consumationi voluit subiace-
re. **V**nde in ysaye libro legitur.
Tollite in celum oculos vestros &
aspicite in terram deorsum. qz ce-
lum vt fumis solidatū est. terra
autem vt vestimentū veterascet.
Idec terra est que ante erat inco-
posita. **N**ondū enim erant maria
suo fine distincta. & id ova flu-
du & p̄fundo gurgite terra mun-
dabat. **C**ōfideā qz ecā nūc plau-
sti & ligine terra inhorre cōficiunt

nec patiens est vomeris vbi insu-
sus terris humor exundat. Erat
ergo in copita vtpote sollertis a-
gricole iarata culturis. qz adhuc
decerat cultor. Erat in copita. qz
nuda gignentur. nec thoris her-
bos a ripaz. nec opaca nemoribus.
nec leta segetibus. nec umbrosa su-
plicijs montibus. nec odora floribus.
nec gta vineis. Merito in copita.
que ornatis indigebat. cui
decerat virtus ferta gemantur. Oste-
dere enim voluit deus. qz nec mun-
dus ipse habet gram. nisi eu vario
cultu opatoi ornasset. Celum ipsius
intextu nubibus. horrore ocul. me-
sticiam animis excita confuerit.
Terra pribibus madesfacta fasti-
dio est. Maria pcellis turbata.
quos nos incutunt metus. Pul-
cherrima est rex spes. Sed qd si
est sine lumine. quid sine teperie.
qd sine aquaz congregat. qbs
ante dimersa poli huius habebat
tur exordia. Tolle solem terris.
tolle celo stellaruz globos. omnia
tenebris inhorrescut. Hic erant
ante qz dñs lumen huic mundo in-
sunderet. qz ideo scripture ait.

Quia terebra erat sup facie abyssi.
Tenebre erant. qz splendor
decerat lucis. Tenebre erant.
qz aer ipse tenebrosus est. Aqua
ipso sub nubibus tenebrosa est.
qz terebrosa aqua in nubibus aeris
erant ergo tenebre sup abissos.

aqua. Non enim malas intellige-
dum arbitror pates. qz dñs ea
maliciā creauerit. cum vtiq; non
substantia. sed accidentalis sit ma-
licia que a nature bonitate deflexe-
rit. Itaq; in constitutōne mundi.
opinio malicie interi seqstret. ne
dñe opatoi pulcherrime crea-
ture. ea que decolora sunt. admī-
scere videamus. maxie cū seqstur.

Et spūs dei ferebas sup aquas.
Quem et si aliqui p aere acci-
piunt. aliqui p spū quē spi-
ramus. qz carpm? aure huius vi-
talis spū. Nos tamē cum sacerdoti
qz fidelium sententia cōgruentes spū
scm accipimus. vt in constitutōne
mundi opato eternitatis eluceat
Premiso cī. qz in principio fecit
deus celum et terrā. id ē in xpō fecit
deus. vel filius dñs deus fecit. vel p
filium deus fecit. quia omnia per
ipm facta sunt. et sine ipso factum
ē nihil. superat plenitudo ope-
tionis in spū. Hic scriptuz est.
Verbo dñi celi firmati sunt. et spū
oris eius oīs v̄tus eorum. Itaq;
quēadmodū in psalmo dōcemur
opato em verbi. qd est verbū dñ.
et de virtute quā dedit spūscūs.
Ita h̄ appleticum resultauit orationis
calum. qz deus dixit et deus fecit.
Opūs qz dñ ferebas sup aquas.
Ornando em polo celi germinatu-
ris terris. Pulchre spū supfere-
bat. qz per ipsū habebat nouoz.

107

ptium semina germinare. scđm
qđ dixit ꝑph̄a. **E**mitte sp̄m tuum
a creabūtur. a renouabis faciem
terre. Demiqz s̄iris qui vicin? he
breo est. a sermone consonat. in
pleris qz a ḡruit. s̄ichabet. **E**t sp̄i
ntus dei fouebat aquas. id ē viui
ficabat. vt in nouas cogeret cre
aturas. a fotu suo animaret ad
vitā. **N**am ecīā sp̄iñscū legimus
creatore dicēt Job. **D**ūp̄s dīm?
qui fecit me. **V**iue ergo sp̄ūssūs
supferebat super aquas tenebre
cōttariar̄ virtutū sup̄ eas non cē
poterat. vbi locū fibi tāta grā ven
dicabat. **V**iue vt quidaz volunt
aerē accipiant. rūdeant. qua rōne
sp̄m dei dixerit. cū satis fuerit sp̄m
nūcupare. **H**ij ergo volunt a dño
deo nro quatuor. **P**rimū. elemēta
generata. celum. terrā. mare. aerē.
eo qđ cause rez. ignis. a aer. ter
ra. aq̄ fint. ex q̄bus mūdi sp̄es
constat a forma. **V**bi ergo tēbre
neq̄iarū sp̄ualiuꝫ locū habere po
tuerunt. cū anguste huius decorē
figure mūdus indueret. **N**unqđ
maliciā deus simul creauit. **D**ed
ea et nob̄ orta non a creatore om
mum deo cōdita. morū leuitate ge
neratur. non vllam creature h̄is
prōgatiā. nec auctoritatez sub
stātie natural̄ h̄ mutabilitatis sue
vitum. a errore plapismis. **E**ta
dicāt hanc deus vult de animis
singulorū. **Q**uo eam ip̄e genera
ret. cum clamet ꝑph̄a. **D**efinita a

malis v̄is a p̄cipue scūs dauid.
Define a malo a fac bonuꝫ. **Q**uo
ergo ei inīciū a dño damus? **D**;
hec op̄imio feralis. eorū qui ptur
bandā ecīā putaerūt. **H**inc
marciomis. hinc valētini. hinc pe
stes ille manicheorū. funesta san
ctorum mentib⁹ temptauerūt infer
re cōtagia. **Q**uid nob̄ ip̄o lumine
vite tenebras mortis inq̄rimus?
Scriptura dīna salutē suggest
vite odore flagrat. vt suavitatē le
gens capias. non p̄cipicij discri
mētū incurras. **H**impliciter lege
o homo. non tibi p̄e fouēa prau?
interpres effodias. **H**implex ser
mo est. qz fecit deus celū a terra.
Fecit qđ non erat. non qđ erat. **E**t
erat terra inuisibilis. **E**x quo facta
est erat. a erat inuisibil. qz exun
dabat aqua a operiebat eam. **E**t
erant super eam tenebre supfuse.
qz nondū erat lumen diei. nondū
solis radiis. qz solet a sub aquas
latētia declarare. **Q**uid ergo di
cunt qđ deus creauerit maluꝫ cum
ex contrarijs a aduersis nequaꝫ
fibi aduersa generetur? **N**ec em
vita mortem generat. nec lux tene
bras. **N**on enim sicut mutabili
tates affectuum. ita ecīā gene
rationum p̄gressiones sunt. **I**lle
ex contrarijs in contraria propos
fiti deflectione vertuntur. **I**ste
non ex contrarijs in aduersa des
flectuntur. **D**ed ex eiusdem ge
neris. vel auctoribus. vel caufis

creature in similitudine sui referratur auctoris. Quid igitur dicimus? Si enim neque sine principio est quae in creata. neque a deo facta. unde habet naturam maliciam? Nam malitia in hoc mundo esse: nullus sapiens denegavit. cum sit tam frequens in hoc seculo lapsus ad mortem. Sed ex his que iam diximus possumus colligere. quod non est una substantia. sed metis atque animi prauitatis a tramite virtutis deinceps incuriosorum animis frequenter obrepit. Non igitur ab extraneis est nobis. quod a nobis ipsis ius periculum. Intus est aduersarius. intus auctor erroris. intus in quo clausus in nobis metibus. Propositorum tuum speculare. habitum tue mentis explorare. excubias obtine aduersus mentis tue cogitationes. et animi cupiditates. Tu ipse tibi causa es improbitatis. tu ipse dux flagiorum tuorum. atque inuentor criminum. Quid alienam naturam arcessis ad excusatorem tuorum lapsuum? Utinam teipse non impelleres. utinam non precipites. utinam non inuolueres. aut studiis immoderationibus. aut indignatōe. aut cupiditatibus. que nos innexos relictus quibusdam retibus tenent. Et certe in nobis est moderari studio. prohibere iracundiam. colere cerei cupiditates. In nobis est etiam indulgere luxurie. atolere libidines. inflamare iracundiam. vel inflamanti

aurem accommodare. eleuari magis in superbiam. effundi in senectam. quod reprimi difficultate. diligere mansuetudinem. Quid naturā accusas o homo? Habet illa velut impedimenta quedam. senectutē et infirmitatē. Sed senectus ipsa in bonis morib⁹ dulcior. in concilijs utilior. ad constanciam subeunde mortis parator. ad reprimendas libidines fortior. Infirmitas quoque corporis sobrietas mentis est. Vnde ait apostolus. Cum infirmior tunc potens sum. Itaque non in virtutibus sed in infirmitatibus gloriabatur. Responsum quoque dominum refulgit oraculo salutari. quod virtus in infirmitate consumatur. Illa caue da que ex nostra voluntate pendeat. delicta iuuentutis et ironabiles passiones corporis. Quorum igitur nos sumus domini horum principia extrahimus. nec deruemus malos. sed agnoscamus ea quae nostra sunt. Quid enim possimus facere si nolumus? Huius electio nem mali nobis potius debet quam alij ascribere. Ideo etiam in iudicij istis voluntarios reos non ex necessitate compulso culpa stringit. pena condonat. Neque enim si per suorum aliquis innocentem pemerit. obnoxius fit morti. quin etiam divine ipsius legis oraculo. si quis per imprudentiam intulerit necem. accipit impunitatis spem. refugij facultatem. ut possit evadere.

Hoc igitur de eo qđ ppe malū vi-
detur. dictū sit. **M**ala cīn non sūt
mīsi que crūmīne mēntē implicāt.
et consciām ligant. **C**eterz paupe-
riem. ignobilitatē. egritudinē.
mortē. nēmo sapiens mala dixerit
nec in maloz sortē numerauerit.
qr nec cōtraria istis. in bonis ha-
bentur maximis. quoz alia nob
ex natura. alia ex comoditate acci-
dere vīdetur. **N**on oīose nob ex-
cursus iste pcessit. vt pb aremus
tenebras et abissum finiplr acci-
piendas. **E**rant autem tenebre de
vmbroatōne celi. qr omne corpus
vmbra facit qua adumbrat. vel si
mitima vel inferiora. et ea maxie.
que operire atqz includere vīdet.
Includit autē celi polus. qr celuz
hāit camera extēditur. quēadmo-
dum supra demōstrauit ius. **N**on
ergo pncipalis erat tenebrosa st-
stantia. sed quasi vmbra secuta ē
lo mundi caligo tenebrarū.
It sīme pceptōnis momento
mundus assurgens intra se inclu-
sit vmbra. vt si quis in cāpi me-
dio quem sol meridianus illumi-
net locū aliquē repente obsepiat.
et densis ramorū frondibz tegat.
non quo splēdidior foris species
loci eius effulgeat. sed hoc horre-
ti defup scena gurgustū eius in-
tus obscurū fit. **A**ut vnde antruz
clausū vndiqz hmoi locū vocarūt
mīsi q̄ atro inhorrescat situ. atqz
offusione tenebraz. **I**ste ergo te-

nebre sup aquarū abissos erānt.
nam abissum multitudinē et p̄fū-
dum aquazdicā. lectio nos euā-
geliū docet. vbi rogabant saluato-
rem demōria ne iuberet illis ut in
abissum irent. sed qui docebat vō-
lūtates demoniorū non esse facien-
das p̄cepit illis ut iret in porcos.
Porcī autē in stagnū aquarū se-
se p̄cipitauerūt ut qđ recusabant
demōria non euaderēt. sed digno-
p̄cipio demergerētur. **E**rat ergo
hec mūdi incōposita sp̄ecies et for-
ma. **E**t spūs inqt dei supferebat
super aquas.
Et dixit de?. fiat lux. et facta ē lux.
Orito pmissus est spūs dei.
vbi dīma incipere habebat
opatio. fiat inqt lux. **V**n vox dei
in scriptura dīma debuit incluē-
mīsi a lumine. **V**nde mundi orna-
tus mīsi a luce exordiuz sumeret.
Fructuā em esset si non videretur
Erat quidē deus ip̄e in lumine qr
lucē habitat inaccessibile. et erat
lumen ver. qđ illuminat omnem
hōiem vementē in hunc mundum
Sed eam lucē fieri voluit q̄ oculi
corporalibz complēxenderet. qr si
quis architectus edificiuz aliquō
dignuz habitaculo p̄familias
struere desiderat. ante q̄ fundamē-
ta ponat vnde lucē ei insinuat ex-
plorat. et ea prima est grā. que si
desit. tota domus. deformi horret
incultu. **L**ux est que reliqz domi
comendat ornatus. fiat inqt lux
b.i.

Plena vox luminis. non dispositio
nem apparatus significat. sed oper
atoris resplendet effectus. **N**ature
opifex lucē locutus est. et creauit
Sermo dei voluntas est. opus dei
natura est. lucē creauit. tenebras il
luminavit. **E**t dixit deus fiat
lux. et facta est lux. Non ideo dixit
ut sequeatur opatio. sed dicto absolut
um negocium. **V**nde pulcre dantur
cū illud. **D**ixit et facta fuit. quod dicimus
implevit effaīs. **A**uctor ergo lucis
deus. **L**ocus autem et causa tenebrarū mū
dus est. **H**ed bonus auctor ita lu
cez dilexit. ut mundū ipsum infuso
aperiet lumine. atque eius spēm ve
nustaret. **R**esplenduit igitur sibi
aer. et expauerunt tenebre. **N**oua
luminis claritate repressit eas. et
quāsi in abissos dimiserit. repete per
universa mūndū fulgor lucis infus
sus. **D**ulcre itaque et prope dixit. **E**t
facta est lux. **S**icut enim cito lux et
lux. terras. maria illuminat. et mo
mento tuis sine ulla apprehensione.
reiectis surgētis dici splendore re
gionibus. nō se circafundit aspe
ctui. ita ortus eius cito debuit ex
plicari. **Q**uid miramur. si deus lo
cutus est lucē. et caligati mūndo lu
mē emicauit. quā si quis inter aquas
mersus. oleū ore miserit. clariora
fac ea que profundi tegebātur oc
cultis. **D**ixit deus. non ut per vocis
organā quādā sonus humonis exi
ret. nec ut lingue motus celeste for
maret alloquim. atque aerez istum

quādam verbōz st̄riptus verbera =
ret. sed ut voluntatis sue cogitatō =
nem p̄deret opatōis p̄fectus. **E**t
discreuit inter lucē et tenebras

Et vidit deus lucē quod bona est

Dixit. et sonū vocis nullus aut
divinit. discreuit. et opatōis
molumina nemo apprehendit. vidit.
et oculorū eius intentōem nullus
aspexit. **E**t vidit inquit deus lucem
quod bona est. **N**ec quod ignorabat vi
dit. nec id quod nesciebat ante aut
non viderat comprobauit. sed bo
ruz operū propriū est. ut externo co
mendatore non egeat. sed grām
fiuam cum videntur ipsa testent.
Plus est quod probatur aspectu. quā
quod laudatur sermone. **D**uo ei
vtitur testimonio. nō alieno suffra
gio. **Q**uod si apud nos oculis iudi
cium emittitur. quibus simul et gra
cia venustatis et reruz men
apprehenditur. quātū magis et
que probat videt. et que videt probat
sum quod scriptū est. **Q**uia oculi domini
sunt iustos. **L**ucis natura huius ē
ut non in numero. non in mēsura. nō
in pondere. et alia. sed oīs eius in
aspicū gratia fit. **P**roprījs itaque sum
mōibz naturā lucis exprimit. quā vidē
do coplacet. quām ipsa vidēdi officiū
sumministrat. **N**ec imēto tūm sibi p̄
dicatore potuit inuenire. et quā iure p̄
ma laudat. quām ipa fecit ut ecclā ce
terā mūndū mēbra dīg sint laudibz

Vidit ergo deus lucem. et vultu suo illuminauit. Et vidit. quod bona est. Non ex parte dei iudicium. sed genera le est. Itaque non in splendor et nimis sed in omni utilitate gratia lucis probatur. Unde et discretio fit inter lucem et tenebras. ut sit separata natura lucis atque tenebrarum. nihil videatur inter se habere confusum. Et vocavit deus diem lucem. et tenebras vocavit noctem. ut in nomine ipso diem noctemque distingueret. Ad uertimur itaque propter lucis ortus ante solis diem videatur aperire. Principia dicti noctis exitum claudunt. sive iniquez temporis. et statutus limes noctis a diei uidetur esse prescriptus. Die sol clarificat. lux facit. frequenter celum nubibus texitur. ut sol tegat. nec ullus radius eius appareat. lux tamen diei demonstrat tenebras abscondit. Et factus est vesperus et mane dies unus.

EVerum aliquis cur prius vesperum. postea matrem scripturam memorauerit. ne forte noctem prius propter diem significare videatur nec ad uertutem primo propter primisent diez dicendo. Et vocavit deus diem lucem. et tenebras vocavit noctem. Deinde propter vesperum finis diei fit. et mane finis noctis. Ergo ut progratiuam et primatus natitatis diei daret. prius finis diei significavit. post quem secutura nox erit. Deinde postea finem noctis adiuxit. Eo autem usque.

noctem diei scriptura perferre non potuit. ut et diei et noctis tempora dicti appellatio cocluserit. et tanquam principali auctoritate nostris predicauerit. Et hanc scripture esse consuetudinem ut posterior appellacionem deputet. frequentibus exemplis probamus. Hicdem et Jacob dixit. Dies vite mee puerili et mali. Et iterum Omnes dies vite mee. Et datus. Posuit dies annorum meorum. non dixit et noctes. Unde aduertimus ea quae nunc in specie historie traduntur. vim statuisse legis in posterum. Principium ergo diei vox dei est. Fiat lux. Et facta est lux. Finis dicti vespera est. Jam sequens dies ex noctis fine succedit. Tentativa autem dei emides. quod diez primo vocavit lucem. et secundo vocavit tenebras noctem. Preclarum etiam unum. non prius dixit diem. nam secuturo se alio et tertio die. et deinceps reliquis. primum potuit dicere. et hoc ordinis videbat. Sed leges statuit ut xxij. hore diurne atque nocturne. diei tamen nomine diffiniantur. ut sic diceret. vigintiquatuor horarum mensura viiius diei tempus est. Dicunt enim virorum generatio reputatur et intelligit etiam feminas. quia necatur secunda prioribus. ita etiam dies numeratur et noctes estimantur ad iuncte. Dicunt igitur circuitus unus. ita unus dies. Nam plerique etiam ebdomadam unam. vnum diez dicit. quod in sequesti in vnum redeat die.

b. ii

et q̄si se p̄ces in se reuirat. Est at
et circuitus figurarū a se incipere.
et in se reuerti. Vnde et seculū vñū
inter dū scripture dicit. Nam et si
alijs locis secula appellat. vide
magis diversitates statū publi
torum vel negotiorū significare.
q̄ seculoꝝ successiōes alijs diffi
mire. q̄ magnus dies dñi et p̄cla
rus. Et alibi. Ut quid vob̄ q̄rere
diem dñi. Et hic tēbre et nō lux.
Manifestū est enim q̄ male cons
cijs et indignis dies ille tenebro
sus sit. quo fulgebit innocentia.
et mens noxīa cruciabit. Ceteruꝝ
q̄ fine interpolatōe noctiꝝ et suc
cessione tenebrarū dies ppetuus
ille remuneratōis eterne futurus
sit scripture nos docet. Dulce au
tem vicem rotāq; vnum dicitur
diem matutino eum fine conclu
sit. ut et a luce inclivare diem doc
ret. et in lucem definere. Non em̄
est integrū tempus dici et noctis
nisi fuerit expletum. Vnde et nos
sem̄ quasi in die honeste ambus
leimus. et abiciam̄ opera tenebra
rum. Noctem enim ad quietē cor
poris datam esse cognoscim̄. nō
ad numeris aliquiis et operis fun
ctionem. que somno et obliuione
trāscurrif. Non sit in nobis com
missatio ebrietatis. cubile impus
dicie. Non dicamus. tenebre et
parietes operiunt nos. Et q̄s scit
si videbit altissimus. Sed sit in
nob̄ amor lucis. cura honestatis.

et tanq̄ in die abulantes. opano
stra coram deo lucere cupiam? cui
est honor. laus. gloria. et ptas. cu
dño nro ihu xp̄o. et sp̄usco. a secu
lo. et nunc. et semp. et in omnia se
cula seculoꝝ. Amen.

Expliāt de die primo. Ināpit
de die secundo.

Diem primum. et potius
vnum. maneat enim ei p̄
phetici ſmonis progati
ua. ut potuim̄. absoluim̄. in q̄
conditū celum. terā creatā. aqua
rum exundantiā cūcūfusaz aere.
discretōez factam lucis atq; tene
brarū. dei omnipotentis et dñi nři ihu
xp̄i. sp̄us q̄z sancti opatōe cognos
timus. Quis ergo non miretur
dissimilibus mēbris. disparē mun
dum. in vñū corpus assurgere. et
insolubili concordie. caritatisq;
lege. in societate et conexionez sui
tantā distantia uenire. ut que di
sceta natuā fuit. in vnitatis et pa
cis vinculū velut in diuidua com
pactione necāatur. Aut q̄s lxxvi
dens. possilitate rōmis. infirmo
ingemio rimet. que oia vis dīma
incōprehēsibl̄ hūanis mentibz. et
ineffabil̄ sermonibz nr̄is. volūta
tis sue auctoritate conexuit. Seçat
igit deus celū et terā. et ea q̄si au
ctor esse p̄cepit. n̄ tanq̄ figure in
uetor. h̄ tanq̄ opator natuē. Nā
quō sibi ueniunt opatoria ipassi
bilis dei vtus. et passibil̄ materie